



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Perfectioni vitæ quænam tria sint necessaria cum primis: obedientia quam debeat fore velox: quomodo item cogitationes sint spiritualibus patribus nude detegendæ. Cap. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Perfectioni vite quænam tria sint cum primis necessaria: obedientia quam debeat fore velox: quomodo item cogitationes sint spiritualibus patribus nudè detegende.

CAPVT XXXIII.

Virtutes tres
præcipuè re-
spiciendæ
quæ.

Lucæ 9.

Perfectioni
acquirendæ
necessaria
quæ.

Obedientia
quam debeat
esse velox.

VItæ spiritualis quicumque incrementum sumere desideras, tria tibi sunt necessaria, ad quæ præcipuè oportet respicere, scilicet ad humilitatem, puritatem cordis, & charitatem, quæ has serues virtutes intermeratas. His enim neglectis, frustr. inanisque erit omnis labor & conatus tuus. Pro virtute, pro spirituali bono acquirendo noli delinquere, noli peccare. Neque enim faciendæ sunt mala, vt veniant bona. Quamobrem quando timidia, iracundia, vana gloria, aliæque passio vitiosa tenet aut stimulat, tunc neminem reprehendas, nec sub specie ædificationis alicui prædices, doctorisve officium tua ipsius voluntati assumes. Quid enim tibi prodest, si totum lucratum fueris mundum, detrimentum animæ tuæ faciens? Secus tamen est in ijs, quæ non pro arbitrato tuo relinquenda, sed necessario faciendæ sunt. Hæc viro bono, qui ad perfectionem anhelat, sunt necessaria, præcipuè monacho. Solitudinem loci & mentis diligenter querere. Pro peccatis suis, & pro virtutibus indidem crebrò gemere: suspiria multiplicare, & suam negligentiam in se continuo reprehendere. Omnes occupationes, quas obedientia aut charitas nõ requirit inutilis abscindere. Cor ab omnibus visibilibus rebus, aut rerû desiderijs abstrahere, & ad Deû iugiter per exercitiû amoris lenare. Soli Deo per affectû adherere. Seipsû funditus relinquere, & Deû simpliciter ac pure in omnibus querere. Pro nulla re, nisi quæ ad Deû trahit, gaudere: & pro nulla alia re, nisi pro culpa, aut cordis abductione, à Deo tritari. Reliqua omnia vt folia æstimare volatua. Voluntati se diuinæ semper cõfidentissime resignare, ac providentiæ ipsius cõmittere: quicquid acciderit præter peccatû, de manu eius omnia patienter suscipere, & vt in omnibus eiusdem fiat voluntas, semper orare. Ipse enim quid unicuique expedit nouit. Voluntatem propriam nunquam facere, nec proprium sensum sequi. Discretionem patris, atque eius diffinitionem tutissima conscientia tanquam diuino oraculo acquiescere. Quæ ex obligatione status aut ex debito, obedientia, charitate ve sunt faciendæ, alijs omnibus diligentissime semper anteferre. Audito signo aut vocatione quacumque ad obedientiam, illicò accurrere, nec ad tractationem vnius literæ obedientiam differre, nisi quod omni tempore & ante omne opus fieri congruit (commendatione, aut oratione se aliqua ad Deum iaculatoria quis vbi festinandum fuerit se velis præmunire. Paci cordis sc̄per omnia studere & puritati. Nullam penitus discussionem aut disputationem super opera aut defectus aliorum admittere: sed quam cito sentitur cogitatio hæc, eandem tanquam basiliscum quoties redierit cum indignatione projicere, Fratrum vitam & dispositionem soli Deo committere & Prælati, & super cordis sui custodiam vigilare cum simplicitate. Ab omni ioco, leuitate morum

rum, à cachinno, & ab omni verbo infructuoso districtissime abstinere. Dulcedinem charitatis in pectore, & dulcedinem vocis in ore, quando oportet loqui, studiosissime seruare. Cor semper ad humilitatem, ad mititatem, ad abnegationem quoque extremam, diligentissime præparare. Firmissimum pactum sibi constituere ad cauendam omnem contentionem & disputationem, ad extirpandamque quamcumque cordis proprietatem: & ad hæc semper se præparare, violentiamque sibi inferre. Pro nulla re penitus quantumcunque aduersa, querulari, aut aliquo verbo mentionem facere super huiusmodi re, quod sibi onerosa sit (si tamen in huius sufferentia non incidat peccatum) nec ullam pati in se remurmurationem cordis. Omnes cogitationes, non solum malas spiritua-

Cogitationes
spirituali patri
reuelandas.

*Virtutes quoniam sint pacto acquirenda: humilitas, vt sola humili-
atione obtineatur puritas cordis, quam
sit necessaria, quomodo item obti-
neatur.*

CA P V T. XXXIV.

Sancti docuerunt virtutes assequendas à Deo per sui desperationem, hoc est, nihil eorum quis omittat quantum attinet ad se, oret, conetur, proponat, propositumque restauret, plangat negligencias, fugiatque malorum occasiones. Et cum omnia tamen fecerit, de suis exercitijs, conatibus atque laboribus

Virtutes
quomodo
acquirenda
sunt.

